rapinam Nolite sperare
et rapinas nolite concupi
e si affluant nolite cor app
Semel locutus est deus duo
quia potestas dei est et tibi do
misericordia : quia tu reddis un
ta opera sua . ps david
Deus deus meus : ad te de lu
vigilo Sitivit in te anima
mea : quam multipliciter tibi
o mea In terra deserta in vi
aquosa sic in sancto appar
: ut viderem virtutem tuam
gloriam tuam Quoniam melior
misericordia tua super vitas : la
mea laudabunt te Sic benedica
te in vita mea : et in nomine
abo manus meas Sicut a
et pinguedine repleatur an
mea : et labiis exultationis lau
bit os meum Si memor fui tui
stratum meum in matutinis
tabor in te : quia fuisti adiu
meus Et in velamento ala

132,5(4947)

II/132

AUGUSTI GYMNASII GORLICENSIS PALÆSTRA ORATORIO-POETICO-SCENICA,

h. e.

EXERCITIA ORATORIA, POETICA, SCENICA,

publicè,
aut in Perorantium Cathedra, aut in Theatro Scenico,
A
Florentissima Juventute Scholastica
Gymnasii Gorlicensis,
intra
Doctrinæ instauratæ ac publicatæ
DECENNIUM ULTIMUM,
AUDITORIBUS ac SPECTATORibus
ERUDITIS,
PRÆSTITÆ
M. CHRISTIANO FUNCCIO,
RECTORE GORLIC.
pleraq; ἀπὸ στήθους, h. e. è prompta memoria, exhibita.

TOMUS IV.

BIBLIOTHECA MILICHIANA GORLICENSIS
BIBL. UNIV. WRATISL.

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

I. N. J.

De ANGELORUM CUSTODIA Poëma Heroicū.

Ad Psalmistæ illud Ps. 91. v. 11. Dominus mandavit Angelis suis de te &.

Dum sedet æthereas animo memorare phalanges,
Excubiasq; canens superâ virtute potentes,
Gratia Adamigenûm, quos destinat alma saluti,
Divorumq; favor, nostriq; misertus Jöva,
Tempore non aliena suo dum prodere verba
Ordior: O totô quem Turba Seraphica coelô
Non intermissis Ter-Sanctum personat Hymnis,
Coetera quem toties Coeli Gens visa gregatim
Officiis cumulare, DEUM sic fassa, suumq;
Autorem venerata, diebus scilicet illis,
Queis paulùm Omnipotens moribundâ sub cute Numen
Occultans, nostros non participare labores
Nolles, cœlitibus hinc ritè adjute ministris,
CHRISTE fave, nostrisq; bonis bonus annue cœptis!

Sic vastum ignari solerter inibimus æquor:
Utq; semel visum fugiat mea cymba profundum,
Hac tamen audebit quosdam, Duce Numine, cursus.
Namq; haud infaustô dum solvimus omine vota:
Ipsa DEI bonitas nostram subit Anchora puppim:
Velaq; plena sacrô dum propelluntur in altum
Flamine, quæ trepido portendunt prospera nautæ,
Ledæa Angelicæ præstant mihi sidera Flammæ.
Quæq; regens totam fido Cynosura nitore
Possit ad optatos navim deducere portus,
Inter Davidicos Sententia Regia Psalmos
Illustri spectata locô sat clara refulget.
Scilicet Isaides notus super æthera Vates,
Inclyta cui variis virtus exercita fatis
Æternum invenit per mille pericula Regnum,

O.

Imperiô dignus duplicem meruisse coronam
Traditur; Imperiô nimirum maximus istô,
Maximus ingeniô, quô non pollentior alter,
Seu resonam doctô cytharam compelleret ictu
Sive pium variis animaret cymbalon odis.
Semper hic auditus cum chordis corda ferire
Non minor externô modulatis cantibus Orpheô.
Æmula sic Sceptris plectra, Sceptra æmula plectris
Artifici moderanda manu capiebat eâdem.
Hinc stupuêre pium Solymæa palatia Regem,
Fundentem assiduis coelestia carmina Psalmis,
Carmina, quæ toties rigidum mulsura Tonantem,
Nympha Sionæis docilis resonare cavernis,
Fortiter ad coelum geminata remitteret Echo.
Hinc quoq; quum Vates Acies referendo supernas,
Quas Pater Omnipotens humana hominesq; tueri
Jussit, & innocuô nocitura repellere coetu,
Omnia percurrens numeris vivacibus edit:
Talia proposito tam convenientia nostro
Verba dedit, læta hæcce piis Oracula fatus:
Ipse quidem Angelicæ dedit hæc mandata cohorti
JOVA Parens, curam poscens hanc esse supremam:
Ut, quocunq; trahis per certa incerta viarum
Instabiles gressus, si non malè Numine vadas
Invitô, temereq; DEO contrarius erres,
Te satis invalidum validô tutamine cingens,
Per salebras tutum ducat, tutumq; reducat.
Carmine sic cecinit sacro Jessæius Heros.
Ipsa statim rerum plausit Natura canenti,
Sectatæq; truces Hebræum Amphiona tigres
Dum propè divinô modulamine mitescebant
Innubis Vati lætum simul annuit æther.

Et tu, Musarum cultrix attenta tuarum,
O studiosa cohors istis circumflua sellis,
Si modicum linquens artis monumenta profanæ,
Regia miraris Sancta meletemata Musæ:
Me dum Davidicis in præsens immoror orsis,
Imperfectum aliquid non aversata daturum,
Quantum lingua rudis sinet, inmaturaq́ vena,
Juthæc in liquidas donec diduxero partes,
Tempus ad exiguum linguis animisq́ faveto.
Musa mihi causas memora, quo numine motus,
Quidve volens Pater Omnipotens, sublimis Olympi
Ad miseras hominum sese demittere clades
Sustinuit? Nobis cur hinc ab origine primâ
Ætheris, æthereum genus, adsociârit alumnos,
Mortales, genus indignum, genus æthere cassum,
Semper ab occulto discrimine defensuros.
Heu miseris tantos statui mortalibus hostes!
Qui nisi cœlorum nequeant virtute repelli!
Omnipotens genius, monstro cui nomina mille,
Mille nocendi artes, nigro damnatus Averno,
Complures propriâ gaudens traxisse ruinâ,
Armatus nocte horrendâ, Stygioq́ furore
Cœpit immensum quærens confundere mundum.
Non mihi si linguæ centum sint oraq́ centum,
Ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas
Possem, si primâ repetens ab origine pergam,
Quæ dedit ingentum funesta exempla malorum.
Nunquam etenim rigidi sententia terrens fati
Excidet illi animo: manet altâ mente repostus
Vasti Erebi Domitor, primo promissus Adamo,
Postgenitis præsens per secla sequentia Vindex:
Fortis ubi adveniens victi spoliator Averni
Imminuit Diti regni incrementa nefandi.
Indeq́ calcatus Cocyti immanior hydrus

Exarsit, rabidoq; extremum gutture virus
Evomuit, tantas sordes jaculatus in illos:
Qui Servatori dederant sua nomina CHRISTO.
Insuper immittit diræ agmina dira Gehennæ,
Horrendum CHRISTI turbam tortura misellam:
Si qua ausus vindictæ istos fortuna sequatur.
Illa etiam assiduè totum lymfata per orbem
Quacunq; incedunt, mala, vulnera, funera, ~~pestes~~ Strages,
Dissidia, exitia, exitiumq;, incendia, pestes
Usq; novi videas quasi semina surgere damni.
Tartareos fratres, horrendæ noctis alumnos,
Tam dirò auspiciò missos, tam dira minantes,
Quis credat justos non dudum perdere coetus,
Non dudum insidiis totos abolere tremendis.
Sed prohibet Superûm Pater, indignansq; superbis
Ausibus, in vastum sævire licentiùs orbem
Arcet, & hinc ultra nutu tremefaciat euntes.
Aligeri prohibent, coeli ingens gloria Fratres.
Ætherei terris isti famulantur in agris,
Mortalesq; tegunt, Stygiâ vi, fraudibus actos:
Dum rabiei tantæ oppositi non segniter omnes
Inferni elidunt artesq; astusq; colubri.
Indeq; nil pavidi securum degimus ævum:
Quandoq; alacres Superi, coelo indulgente, manipli
Invalidos homulos validò tutamine cingunt.
Non secus ac solidus lapidosô robore murus
Altius insurgens, crebrô licèt ariete quassus,
Multiplicisq; actus (mirum!) testudine ~~testudine~~, semper
Integer, erectus, nil motus, mole suâ stat:
Hostis & adversi dum tela hebetata retundit,
Servant incolumes ea propugnacula cives.
Sive ut solliciti spatiosa per atria Regis
Dispositus circum fortis variò ordine miles,

Pervigil, impavidus, fidâ statione tuetur
Supremum, cujus custodia credita, limen
Nequa, infanda struens, summas quæ subruat artes,
Fraus tacita in nudam tectè sese ingerat aulam:
Neve malis monitis instructus & arte Pelasgâ
Adveniat totum missus pessundare Regnum.
Sic per insidias hostes aliquando rebelles
Turpiter adrepunt, atrocia coepta daturi,
Regiaq́ excellens infimis excita turbis
Nutat, & infidâ sub proditione tenetur:
Obsistunt totis mox viribus, ordoq́ fortis
Præsidii vanô nil quicquam territus astu,
Sed Regi jurata manus non perfida, coecos
Insidiatores dextrâ deturbat apertê.
Sic scelere indignô justas accensus in iras
Opprimit injustos mirâ virtute furores,
Et Regem tutâ dilectum in sede reponit.
Non minor & Regi nostro cantata fides est
Ætherea gentis. Coelesti hoc milite septus
Nil diri Satanæ mala tentamenta veretur.

O tantis quicunq́ cupis custodibus ævum
Ducere securum: doctrinam percipe totam,
Quam dedit Isaides: dictis attende Prophetæ:
Nec tibi truncatos malesuadum Doemona sensus
Neu sine præcipuû mutilos obtrudere sumû. Matth. IV. v. 6.
Hoc equidem solitus multis imponere fucû:
Sed dudum melior malè texta sophismata, CHRISTUS
Diluit interpres, vafrumq́ explosit Agyrtam.

Angelus excubitor justis. Procul este profani,
Degeneres animæ, malè devia lustra secutæ:
Quas facili ductu turpes de tramite rectô
Impia sacrilegi flexit contagio Ditis!
Turpiter Angelicos, Dirâ sociante sodales
Dum fugitis (pudor heu!) consortia dia fugatis.
Hinc vosmet meritò fugiunt, abeuntq; vicissim.
Et puri pergunt animas sibi quærere puras:
Devia quæ norunt fugere infernatis, & extra
Numine præscriptas cursum non tendere metas
Graviter has sancti Genii curantq; foventq;,
Multiplicesq; inter casus per saxa, per ignes,
Semper inoffensos gratô moderamine ducunt.
Sed mea per dubias non errant carmina laudes:
Non paucis experta cano. Mihi testis Isaci
Proles, Isacidum, non vani stematis Autor,
Vir pietate gravis. Socerô digressus iniquô,
Et fratri occurrens furibundo imbellis Esavo,
Obvia propensi videt agmina dulcia coeli
Qui Jacobi reditus ad patria tecta secundet.
Præterea & Magnus Magni Successor Eliæ
Testis, ubiq; Dominum portentis notus Elisa.
Vix hic Dothanæ fugiens successerat urbi:
Cum puer Assyriô Dothanos milite muros
Includi vidit, Dominoq; ita territus infit:
Decipimur miseri, nec dat fortuna regressum:
Quæ Dominum hos intra muros malefida coegit!
Heu fuimus! Quid enim? Syræ ludibria genti
Nunc erimus, populo mox victima grata pro[fano]

Ille sed his contra: Credas, temerarie, credas
Nequicquam Assyrios numeroque animisque superbos:
Non solis pugnant: animis vincamus eosdem,
Vincimus et numero. Rursum hoc dubitante Propheta
Ingemuit: Quantum mortalia lumina coecæ
Noctis habent! Sed tu, Pater, o Pater alme, paventi,
Dum dubitat, nutu nebulas removente malignas,
(Nam tua res agitur,) mysteria condita pande.
Nec mora: cum dicto juveni caligo recessit,
Lumina præpediens, oculisque apparuit ingens,
Terribilis, sacroque exercitus igne coruscus.
Undique terrificis totos stupet inscius armis
Collucere agros, hostique extrema minanti,
Cladem intentantes, pugnamque ciere paratos
Armigeros flammis circumlucentibus igneos.
Isthæc visa, suum dum tutabantur Elisam
Cœlicolæ: visis multo DEUS ante probarit
Per sancita piis æterno foedere pacta:
Pacta Sachariadæ verbis laudata Prophetæ:
Gens adamata mihi, constans, securaque coeptum
Exerce pietatis opus: non damna timebis:
Ipse meum ignitis populum circumdabo muris
Qui contemtores consumant ocyus hostes.
Hactenus Excubias cecinit mea Musa supernas,
Dictorumque brevis testem produxit Elisam,
Produxit Jacobum, tantis contenta Gemellis.
Cætera si referam: momentis secula cuncta
Quæ infinita ferè paribus documenta ministrant.
Ante diem clauso componet vesper Olympo.

Ergo hæc ipse quidem, spatiis exclusus iniquis,
Prætereo, atq; aliis post me memoranda relinquo.
Sed quicunq; DEUM lætus venerare faventem
Mittentemq; suos per seria jussa ministros,
Liber & attentus memori cape singula mente,
Quæ damus Angelicas sanè tractantia curas.
Grandis honos animæ est: quod quævis una ministrum
Custodemq; sui de coelo nacta sit unum.
Dum sine vi, sine honore ~~[illegible]~~ sine ullo nominis usu
Ventris adhuc tenebris & carcere clausus agebas:
Acer in excubiis pro te stetit Angelus Heros;
Nequid ab insidiis ille ingeniosus ad omnes
Exitii facies auderet Spiritus Orci,
Et vitam in primo raperet tibi limine vitæ.
Cumq; alvi tenebris & carcere liber abibas,
Acer in excubiis pro te stetit Angelus Heros:
Illa salutiferi ne fluminis unda, noviq;
Pacta sacramenti tibi præriperentur ab illo.
Deinde ubi jam vitæ succedit adultior ætas,
Acer in excubiis pro te stat hic Angelus Heros:
Ne depuratam sacri Baptismatis undam
Et scelerum spurcare luto, & data foedera CHRISTO
Fallere, (quo facto non est proclivius ullum)
Te subigat Stygii fraus & vis nota colubri.
Terminus emeriti postquam venit ultimus ævi,
Vitaq; morsq; gravi certamine prælia miscent,
Acer in excubiis pro te stat hic Angelus Heros:
Ne cupidum tibi debilitet spes anxia votum,
Fractaq; Doctrinæ confessio nutet, & illa
Aurea salvificæ fidei trahat anchora lapsum.
Deniq; vis animæ quando exhalata recedit
Corporis hospitio tanquam juratus ad unum
Hoc opus, exceptam manibus, coelestibus infert
Sedibus, inq; sinus Abrahæ deponit eandem
Angelus. Hancq; operam nobis dabit Angelus olim,
Si, quæ Consilii magni Angelus ille Prophetis
Pacta tulit, castè tueamur ad ultima vitæ.
Quod, Tu, CHRISTE, tuis dabis o dabis optime, Chri[ste]

Compositum
à
Joachimo Cuglero
Gorl. Lusat.
Aº. 1686. Æt: 17.

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

...it cor illius [illegible] olliti sunt
...ones eius sup oleum : et ipsi sunt
...acta sup dn̄m curam tuam et
...e enutriet : et non dabit in
...fluctuacionem iusto Tu vero deus
...duces eos : in puteum interitus
...i sanguinum et dolosi non dimidia
...unt dies suos : ego autem sperabo in te

...domine.
...verterit dominus captivitatem plebis sue
...iserere mei deus
...quoniā conculcavit
...me homo :

...nitas Exaudi...
...die impugnans tribulavit me
...onculcaverunt me inimici mei tota
...quoniam multi bellantes ad
...sum me Ab altitudine diei ti...
...ego vero in te sperabo In deo lau...
...sermones meos in deo speravi
...n timebo quid faciat michi ca...
Tota die verba mea execrabantur
...rsum me : omnes cogitationes eo...
...alum Inhabitabunt et abscon...

iniquitate Nolite sperare
et rapinas nolite concupis
re si affluant nolite cor app
Semel locutus est deus duo h
quia potestas dei est et tibi do
misericordia : quia tu reddis u
que iuxta opera sua · ps david
Deus deus meus : ad te de lu
vigilo Sitivit in te anim
mea : quam multipliciter tibi
mea In terra deserta et in
inaquosa sic in sancto appar
ut viderem virtutem tuam
gloriam tuam Quoniam melior
misericordia tua super vitas : la
mea laudabunt te Sic benedic
te in vita mea : et in nomine t
levabo manus meas Sicut a
et pinguedine repleatur an
mea : et labiis exultationis lau
bit os meum Si memor fui tu
stratum meum in matutinis
meditabor in te : quia fuisti adiu
meus Et in velamento ala

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

...it cor illius [M]ollit...
...ermones eius sup oleum : et ipsi s...
...iacta sup dnm curam tuã...
...te enutriet : et non dabit in...
...fluctuacionem iusto [T]u vero d...
...duces eos : in puteum interitus
...i sanguinũ et dolosi nõ dimidia...
...unt dies suos : ego autem sperabo i...

...domine .

...uertit dominus captiuitatem plebis sue

[M]iserere mei ds̄
quoniã concul...
...uit me homo :

...tota die impugnans tribulauit me
...conculcauerunt me inimici mei to...
...quoniam multi bellantes ad...
...sum me [A]b altitudine diei ti...
...ego vero in te sperabo [I]n deo la...
...sermones meos in deo speraui...
...timebo quid faciat mihi ca...
...tota die verba mea execrabantur...
...sum me : omnes cogitaciões eo...
...malum [I]nhabitabunt et abscon...

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

AUGUSTI GYMNASII GORLICENSIS PALÆSTRA ORATORIO-POETICO-SCENICA,

h. e.

EXERCITIA ORATORIA, POETICA, SCENICA,

publice,
aut in Perorantium Cathedra, aut in Theatro Scenico,
A
Florentissima Juventute Scholastica
Gymnasii Gorlicensis,
intra
Doctrinæ instauratæ ac publicatæ
DECENNIUM ULTIMUM,
AUDITORIBUS ac SPECTATORibus
ERUDITIS,
PRÆSIDE
M. CHRISTIANO FUNCCIO,
RECTORE GORLIC.
pleraq; ἀπὸ στόματος, h.e. è prompta memoria, exhibita.

TOMUS IV.

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

EXERCITIORUM ORATORIO-POETICORUM ELENCHUS

I

Actus Declamatorius geminus Anacreontico-Sapphicus [illegible] V. M. [illegible]

II

Parentalia Perennitati Capitanei CHRISTOPHORI Pi- CEDUALSKO ab [illegible] sacra.

III

Hilaria Novi Honori [illegible] Novelli Capitanei Pro- vinciae [illegible] IOANNIS [illegible]

I. Oratio Natalitia de mira [illegible] Nativitate Christi [illegible]

II. Oratio de Nativitate Christi [illegible] consolatoria.

III Oratio de Militia Coele- [illegible] Encomia [illegible]

IV De Natalitia [illegible] Dei [illegible] Epiphania Oratio

V Oratio oblatoria, qua [illegible] Puer nobis, Filius no- bis Datus [illegible] affectus

VI Oratio Natalitia de Incarnati Verbi Mysterio per maximum Inscriptionis [illegible]

VII Oratio Verbalis de eodem My- sterio [illegible] Carmine Teuton [illegible] Aphorismo Verbum Caro factum est.

VIII [illegible] Nativitate Christi [illegible]

IX [illegible]

X [illegible] Iesu Christi.

XI. Perpetuum Rei peractae
Monumentum, Posteritati,
si qua futura, sera, jussu
& auctoritate Amplissi-
mi Ordinis, positum.

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Violas inspergite:
ut B. Viri devotens Decorem!
l et Clarium. Vos Lusati. Marmor ferte!
Ferte Marmor:
tanti Herois Tumulo quod imponatur.
Argenteum ferte Stylum:
Eiq[ue] ipse Titulum hunc inscribite:
…NATA. FORMA. DECUS. PRUDENTIA.
GRATIA. VIRTUS:
CAUSA. SUB. HOC. TENUI. MAR-
MORE. CUNCTA. JA-
CENT.
Vivet!

M. Mob. … Behdorff. Lus.!

175

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Bändig in allen Dingen: so wird er alles noch überwinden, und
Noch eine Ehre vermittelst des wahren Glaubens in der Him-
dringen.
Zuletzt ist noch zum Beschluß angesetzt diese Reime auf die
der Erb. Jungfer Heldin

Hier liegt ein Helden-Bild mit dürrer Erd umbgeben:
Wie fromm, demütig, keusch in ihrem gantzen Leben
Sich stets erwiesen hatt: gehst, Leser, du vorbey:
So glaube: daß die recht Held-reich gewesen sey.

…dlichen und billichen Urtheil zu belegen.
…ir sind erböthig sothane hohe Gunst und Freund-
…ft Standesgebühr nach bey begebener Gelegen-
… mit Abstattung schuldigster Observantz und ge-
…ssender Ehrbezeigung zu erwiedern und zu
…schulden. Da wir im übrigen solange wir
…war in dieser Sterbligkeit seyn, verblei-
…ben

Dero

Gehorsamste

Diener,

Joh. Christoph Deßthäter,
Schemnitzio-Hung.

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski